

perlabitur, multis fluminibus receptis, ad Confluētes oppidum in Rhenum descendit. Sarus, *die Sar*, ex monte Vogelo oritur, per vastum regnum labens, Bliffa & Nida amnibus receptis, supra Treuirensē urbem Mosella suscipitur. Sura in sylua Arduenna omniū totius Gallia maxima, atque ingenti oritur Alfitz, Vret & Pruin fluuios suscipiens, infra VVasserbillich Mosellæ commiscetur. Lona, *die Loyn*, flu. insignis in comitatu Vvitgenstein *atq; dem Harberg*, oritur. Vvitgenstein, olim Vvedekindi Anglorum principis castrum præterfluens, Lasphe eiusdē comitatus oppidū alluit, in eo Beidenkap, Marpurgum, Stauffenperg, Gissen, Cattorum, nunc Hessorum oppida allabens, Vvetphalem, Luitpurg præterfluens multis receptis amnibus infra Loinstejn in Rhenum euoluitur. Sygena, *die Seg*, in comitatu Vvitgenstein, *am Harberg*, oritur, & Sygenæ ciuitatis mœnia alluit, inde Frensberg, Vvindeck, Blanckenberch, & Siburg castra & oppida præterfluens infra Bonnā Rheno miscetur. Sygana flu. limes atque terminus ab Austro in hoc Rheni tractu Anzæ Teutonice fertur, de qua hæc scitu digna adiungere non iniucundum existimaui. Anze ultra omnem hominum memoriam nihil aliud fuit, quàm honesta communitio & fœderata societas plurium ciuitatum, oppidorum, Burgorum, villarum, pagorum, illisque adiacentium & subditorū territoriorū olim cum propter multifaria accepta, relatæque beneficia, tum vt mutuus ac securus terra marique constaret mercaturæ intercursus, non solum à multis Angliæ regibus, sed & Gallia, Dania, ac magnæ Moscouiæ, nec non & Flandriæ & Brabantia ducibus, varijs ac multis priuilegijs, libertatibus immunitatibusque ornata. Quæ quidem communitio & societas lingua Teutonice *Anze* vocatur. Hæc quatuor habet emporia, in quibus suos mercatus haberēt negotiatores. Vnū Brugis, quæ ciuitas est Flandriæ: Alterum Londini in Anglia, ad Thamesis fluminis ripam sinistram, quod vulgò Stiliarci vocitatur, habens domum Gildehallam Teutonicorum nuncupatam. Tertium in Nonguardia Russiæ vrbe potentissima. Quartum Bergæ in Noruegia. Porrò illustriissimi quique reges & principes, ac inter eos, hi omnium maximè, Angliæ, Franciæ, Poloniæ, Dania, Moscouiæ, Suetiæ, Flandriæ, Brabantia omnes mercatores ac subditos ciuitatum Anzæ Teutonice, iam numerata emporia frequentâtes, varijs ac multis præstâtissimis priuilegijs, libertatibus, liberisq; consuetudinibus, immunitatibusq; exornant, quibus etiamnum vtuntur & fruuntur teste Polidoro Virgil. Rura, *die Quær*, flu. propè Vvirtenberg


oppidulū, in Astenberg, oritur Meschede, Aquilæ montem alluens, Svvertem Marchiæ oppidum petit, mox Sygamburg, aliàs Siburg, Sicambrorum olim castrum, vt & Sygen & Syburg, à Sicambriis denominata, vbi Lennam recipit flu. deinde Hattingen & Vverdenā oppida alluens, & Dysbergium præterfluens, iuxta Rueront Rheno confunditur. Lenna, *die Lehen*, flu. in comitatu Vvitgenstein oritur, Smalenbergij mœnia alluens, multosque pagos præterfluens vsque Bobenoel, vbi Bicha amne recepto, vsque Svvarthenbroich castrum deflectit, indèque comitatum Limburgensem, Lymburg; castrum alluens, infra Syburich Ruræ miscetur. Lyppia, *die Lip*, Tacito Luppia apud Lypsring oritur, per Bructeros Sicambrosq; fluens Luppiam, Hammonium, Lunen, Dorsten, Vvelsiamq; alluens oppida, duobus ostijs Rhenum influit. Ad Lippiæ fontem, haud procul Teutoburgiensis saltus, in quo reliquæ Q. Vari legionūque insēpultæ dicuntur, teste Tacito lib. 1. historiæ Augustæ, cuius & Florus meminit. Var. Quintilij, inquiens, libidinem ac superbiam, haud secus quàm sæuitiam odisse cœperūt Germani, cum enim insolētius liberæ genti imperare contenderet, illi qui iam pridem rubigine oblitos enses inertesq; cernerent equos, vt primū togas ei sæuiores armis iura viderunt, Duce Arminio arma corripunt. Varus cum tribus legionibus à Germanis ad internecionem est deletus. Nihil illa cæde per paludes, perque syluas cruentius. In Bructeris Vellada virgo ad amnem Lippiam sub Diuo Vespasiano erat, diu apud plerosque numinis loco habita, ad quam non facile quisquam admittebatur, cui subinde dona misitabatur. Hæc Germanis res prosperas & excidium legionis prædixerat. Mosa, *die Maife*, insignis & nauigabilis fluuius, ex Vogelo monte perfluit, qui est in finibus Lingonum, nouum Castrum, Surseium, Virdunum, pluresque alias ciuitates præterfluens, Dionantum Condruforum oppidū petit: inde per Leodiensem prouinciam, Ducatumque Geldriæ labens, multis in se receptis fluminibus, iuxta Brieliū in mare Germanicum influit. Rura, *die Quær*, fluuius Iuliacensium, oritur in sylua Arduenna, Schleida oppidum alluens, multaque castra præterfluens, Iuliacum, à D. Iulio Cæsare denominatum lambit, & apud Ruremundam Mosæ miscetur. Sunt insuper multa alia flumina hoc in tractu deliniata, quorum copiam ipsa Tabula diligēter rimanti indicabit.

TRACTVS RHENI, TABVLA 2.

Cum prima huius Rhenani tractus tabula Rheni, ac aliorum fluminum fluxus, ac quos quique eorum populos non lambeant solum, sed & vnde, aut vbi fontes suos habeant, explicatum sit, ac plerasque huius tractus prouincias, priuatis nos tabulis exhibeamus, earum nos enarratione suis locis reseruata, hic non incommodum credidimus Hercyniae syluae spaciosissimae amplissimaeque descriptionem adiungere, cum maxima sui parte Rhenum comitetur, eidemque hic ortum suum debeat. Hercyniae itaque Etymon Teutonicum esse putatur: *Hartz* enim resinam picemque significat, huius enim haec ingentem copiam gignit. vnde nonnulli eiusdem portiones *of den Hartz*, & *Speshart*, & *Hartzobald* vulgo nuncupatur. Incolarum nonnulli insignem questum faciunt ex ea, quam quotannis colligunt resina. Vnde & *Schobartz*, *vobald*, appellari creditur, vel a pinuum abundantia. Verum cum haec ingens & spatiosa sit, diuersis locis diuersa nomina sortita est, quae statim ex Althamero deprompta, suo ordine recensibimus. haec itaque vastissima amplissimaque Germaniae sylua, a quibusque optimis autoribus celebrata. vnde Caesar de bello Gallico lib. 6. in hunc modum de ea scribit: Hercyniam syluam Eratostheni & quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant. Et mox: Huius Hercyniae syluae, quae supra demonstrata est, latitudo, nouem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Helueticorum, ac Venetum, & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubij regione, pertinet ad fines Dacorum & Anartium, hinc se flectit sinistrorsus, diuersis a flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem contingit. Neque quisquam est huius Germaniae, qui se aut vidisse, aut adisse ad initium eius syluae dicat, cum dierum iter 60. processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Multa in ea ferarum genera nasci constat, quae reliquis in locis visa non sunt. Eam etiam Plinius celebrat & miratur lib. 16. cap. 2. in eadem Septentrionali plaga. Hercyniae syluae, inquit, roborum vastitas intacta & congenita mundo, prope immortalis sorte miracula excedit: vt alia omittantur fide cautura. Constat attolli colles, occurfantium inter se radicum repercussu. At vbi secuta tellus non sit, arcus ad ramos vsque, & ipsos inter se rixantes curuari, portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittat. Sed Strabo lib. 7. his verbis eius meminit. Hercynia sylua proceris freques est arboribus, & munitissimis in locis ingentem admittens ambitum. In cuius medio sita est ora ad habitandum accommoda. In Galliae ergo finibus ab Arduenna sylua (quae priscum seruat nomen, praeterquam quod portio eius Eyflia Saxus & *Lenchtinger*, *vobald* vulgo dicitur) initium sumit, & per vniuersam euagatur Germaniam, multos ramos, ac velut cornua de se spargens, eoque varia vo-

cabula inueniens. A Friburgo Priscgae oppido, vbi incipit, vulgo *Schobartz*, *vobald*. i. nigra sylua appellatur, quae Danubium ac Niceum incluta flumina effundit. Strabo lib. 4. Primum est horum trans Rhenum & Laccum, in Orientem vergens mediocriter sublime deorsum, quo in loco Istri fontes iuxta Sueuos & Hercyniam syluam sunt. Hanc superiorem Hercynij nemoris partem, Ptolomeus lib. 2. cap. 11. Eremum Helueticorum vocat: Romani Martianam syluam appellauerunt a Marte: Dijs enim lucos consecrare soliti sunt Germani. *Schobartz*, *vobald* dicitur vernaculo sermone, non nihil inflexa voce. In hac hodie passim excisa visuntur oppida: cuiusmodi Bonderffium, Stullinga, VVillingum, VVolfachum, Alperspachium, Rotvvila, Schiltachum. Inde eius portio quaedam Hagenschios nuncupatur, vbi Pfortzheimium situm est, Orcynheim quondam ab Orcynio nemore dictum. Hoc Martianum nemus salubres habet thermas, quas venator apros sectans reperit, ferinas thermas. i. Vvilbaden vocant, eas Vvirtenbergensis princeps possidet. Quas vero M. Aurelius Antoninus inuenisse fertur, Badenses, Marchiones, qui inde nomen habent, tenent. Ab his haud procul absunt Cellenses, quas Scyllam appellatas tradunt. Effundit idem nemus, Nitrum, Nagoltam, Aentium, & aliquot alia flumina. Ab Heydelberga, quam putant Ptolomaeo Budorim vocatam, & a Nicri fluminis ripa ad Moenum vsque; Othonis sylua *der Otten*, *vobald* nominatur, vbi admodum excisa est, & oppidis, castris ac vicis excolta: nam insunt Ammerbachium, Nuchelbachium, Eberbachium, Furstenauia, & amnis Munelingus in Francia Orientali, quam aliquot Saltibus claudit inter Herbipolim. i. VVirceburgum & Bambergam metropoles, ac Episcopales Franciae ciuitates. Ardua sylua i. *Steyger*, *vobald* vocatur. Haec habet Slussfeldiam, Geisselium, Eberachum coenobium, ab riuo cognomini vocitatum. Altera ipsius portio Haspergus, Bernhymensis, Zuckmantelius, Fauchitelaeus, & circa Noricam urbem Norimbergense nemus, ac mox *Schnabel*, *vobald* cognominatur. A rheno flumine prope Confluentes, vbi Mosella in Rhenum egreditur, & a Lauamne Francofordiam vsque. Occidentalis sylua, *der Westero*, *vobald*, Hafsiam ab Vvestphalia dirimit, Susatum vrbs adiacet. Hoc loco, Tacitus Cattos statuit, dicees: vltra hos Catti initium sedis ab Hercynio saltu inchoat, & Cattos suos saltus Hercynius prosequitur, simulatque deponit, hic Ptolomaeus Abnobios montes orditur. Amisia & Salas flumina, ex ea Hercyniae parte labuntur. Huius cornu quoddam vltra Rhenum Treuerim ac Mediomatricum versus ad Occidentem extenditur, Saonus vocatur, cui comitatus Spanheimensis cum Coenobio, & Obrincanus tractus, qui vulgo *Hunde*, *vobald* appellatur, adiacent. Saltus vero Ringouiam cingens, Heyrichus vulgo dicitur. Flectens se postea ad Ortum, diuidensque Franciam ab Hafsia. Picaria, a picis abundantia. Speshart ap-

TRACTVS RHENI SECUNDA TABVLA



Austrasia, recentior
seculi dicta, nunc
in varia diuisa est
dominia, vixit Lo
tharingiam, Palatina
tum., Bipontium.,
Treuirm., &c

Mil. Germ. comm.

ARGENTO RATI

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

Lothring

METZ

LVTZ

A TRIEZ

HUNES RUCK

SEBUSTIANI

VESPI

CAPBLA

TII R

Westerich

pellatur, vbi Pudinga, Vrba, Geyshusium, Rotenfelfia vrbes sitæ sunt. Deinde ramus qui ad Aquilonem declinat in mōtes Abnobios & Sicambros, ac iuxta Osuabrugam Vvestphaliæ, Fagina nominatur. Ac iterum se flectens in Ortum vltra Visurgim amnem ad Saxoniam atque Toringiam, veterem sui vocabuli significationem & nomenclaturā adhuc seruat, vulgò namque *Hartz* à pice resinaque nuncupatur. Ipse terminus est Hessorum, Saxonum & Toringorum. Agri cohærentes Amhartz, montes ipsi saltusque hertici, accolæ *die Hertisch* aut *Hartzländer* dicuntur. Habent Buchoniam. i. Faginetum regiunculam, in qua Fulda vrbs cū insigni cœnobio ab amne interfluo vocitata, & herfeldiam ab ipsa sylua, vt apparet nuncupatam. Habent præterea Nordhusium, Sangerhusium, Mansfeldiam, Illebiam, Goslariam vrbes, vbi argenti minæræ. Videtur hæc sylua etiam hercynofordiæ amplæ ciuitati, & hertzpergo imposuisse nomen. Hoc tractu Ptolomæus Melibo, cū montem Semananamque syluam statuit: separans Francos à Toringis, & Toringos à Sorabis, quos nunc Misnenses dicimus, Toringica sylua nuncupatur. Ipsam putant à Iulio Cæsare Bacenur vocari, de qua scribens lib. 6. belli Gallici. Syluam ibi esse, inquit, infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis, ac longè introrsus pertinere, pro natiuo muro obiectam. Choruscos à Sueuis, Sueuosque à Cheruscicis iniurijs incursionibusque prohibere. Significat haud dubiè Toringicum & Hartionem nemora. Ptolomæus isthuc Semanam collocat. Ex huius montanis profluit Visurgis. In Toringico nemore, Greuentalia, Salaueldia, Schmalchaldia, Sleusingum oppida iacent. Haud procul ab illo nemore abest Pinifer mons, vernaculus sermo *Fy. Hte. Ly. beuzum* à pinuum abundantia dicit: qui quatuor ramos velut immania cornua in diuersas Germaniæ partes, simul etiam quatuor amnes, Mænum Francicum, Salam Toringicū, Egram Boemicum, Nabumque Boioaricum emittit. Mox iterū sese aperiens hercynia mediam, & in modum circuli recipit Boienniam, Vbri Straboni lib. 7. est Gabieta. Eius verba sunt. In hoc tractu Germaniæ sita est hercynia sylua, &

Sueuorum natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra syluam habitāt, sicut & Coldulorum plerique. In quibus & Bubienum Marobudi regio. & mox: Alia autem & in Sueuis illis sylua Gabreta nomine ingens iacet. Vltra verò Hercynia est, quæ & ab istis tenetur. Hæc sylua Albim, Muldanum, Sueuum, Oderā, Marauaham, Iglam, aliosque fluuios effundit. Pars eius Orientalior Sudeta & Luna Ptolomæo nuncupatur. Extat & oppidum Lunæ vocabulo in Bohemia, huius syluæ nomen referens. Ipsa præterea Hercynia in Sarmatiam, Prussiam, Poloniam, Moscouiam atque Lithuaniam vagatur, & sua illic inuenit nomina. Et Alpes qui Danubium sequuntur, montana scilicet Sueuiæ, Schera, Alba, ad cuius extremitatem Albeggum. i. Albarum angulus iacet. Albuchus à fagis ita dictus, è cuius montibus Brentius, Cocherus, & Remisus amnes scaturiunt. Hertfeldia, cui à glebæ duritia nomen est, Plossemusque, eiusdem Hercyniæ sunt portiones: nam Hercynia rectè Danubium sequitur. Denique ad Pannoniam, Transyluaniam, ac Daciam protenditur. Porrò hercyniæ etymon putatur esse *Hartz*, quod resinam & picem Germanicè significat: nam huius copiam gignit. Vnde eius portiones *Hartz*, *Speßhart*, *Hertzobald* vulgò nuncupatur. Sunt qui ab hercule, à Germanis culto, nuncupatam ferant. vnde etiam herculeam syluam vocant. Alij Græcum eius Etymon interpretantur, *ἑρκος* namque circuitum septumque significat, & sepi illa Germaniam instar valli aut septi. Hæc sunt quæ de sylua Hercynia per paucis adiungere placuit ex Althamero, reliqua Conrardus Celtis, qui eam peragrauit, diligentissimè carmine ac prosa explicat. Hercyniæ autem syluæ, quæ totius Germaniæ maxima, aut vnica eandem peruagatur, quamuis multis hinc inde locis ac partibus excisa cõtigua est circa Lutzelburgiensem ducatum, altera ingens ac totius Galliæ maxima Arduenna sylua 30. milliaribus ab austro in Septentrionem protensa, cuius medium habet grad. longit. 29. min. 40. latitud. verò 49. minuta 24.

TRACTVS RHENI TABVLA 3.

XXVII

Cum Brabantia, Geldria, Hollandia, Frisiaeque, quarum haec tabula exhibet typum, descriptiones suis locis tradiderimus. Hic de Vbijs, Montensibus, Iuliacensibus, ac Cliuensibus pauca annectere libuit, tantisper donec earum particulares obtingant nobis delinationes. De Vbijs itaque haec sunt verba authoris huius Chartae. Vbij hodie Colonienfes: horum ditio à Confluentibus incipiebat, etiamnum incipit. Vbij teste Caesare libro 4. belli Gallici, ad alteram Rheni partem, dextram videlicet succedunt, quorum fuit ciuitas ampla, atque florens, ut est captus Germanorum, & paulò qui sunt eiusdem generis etiam caeteris humaniores, propterea quod Rhenum attingunt. Hos Strabo libro 4. Vibios appellat: loca trans-Rhenum incolebant Vbij, quos ad interiorè Rheni ripam, traduxit Agrippa, nec inuitos quidem. De quibus & Tacitus libro 12. hist. Augustae. Sed Agrippina quo vim suam socijs quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, Veteranos, Coloniamque deduci impetrat (à Claudio nimirum marito) cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac fortè acciderat, ut eam gentem Rheno transgressam auus Agrippa in fidem acciperet. Cum Constantius, teste Ammiano Marcell. lib. 15. Iulianum in Caesaris adhibere potestatem exoptasset, tutelam ei ministerij Galliarum commisit. Calendis igitur Decembribus egressus itineribus rectis, Taurinos peruenit, vbi nuncio percellitur graui, qui nuper in Comitatum Augusti perlatus, de industria silebatur, ne parata disfluere. Indicabat autem Coloniam Agrippinam, ampli nominis urbem, in secunda Germania, pertinaci Barbarorum obsidione reseratà, & magnis viribus deletam. Quo mœrore percussus, velut primo aduentantium malorum auspicio murmurans querulis vocibus saepe audiebatur: nihil se plus adsecutum, quam ut occupator interiret. Et lib. 16. ad recuperandam (loquitur de Iuliano) ire placuit Agrippinam, ante Caesaris in Galliam aduentum excisam. Facta est haec misera deuastatio anno Christi 364. duce Attila Hunnorum rege, alij à Francis esse factam volunt. Colonia Agrippina, florentissima, ampla, & magni nominis ciuitas, priscam magnificentiam opibus & magnitudine longè superat, & splendidissimo, prudentissimo, ornatissimoque senatu, instar Romanae Reipublicae decoratur. Tolbiacum Vbiorum olim vicus, nostri hodie Tulpetum, vulgus *Tulpet* vocat. Vbi tanto periculo Francorum contra Alemannos pugnatum est anno Christi 499. ut nihil superfuerit Ludouico Regi, quem Galli Clodouæum appellant, nisi ad diuinam opem confugere. Quo in conflictu, cum paganus fuerat, promittit Christiani pietati nomen daturum, si de periculoso hoste victoriam reportare contingat. Adfuit statim inuocati ex animo Christi numen, superatis hostibus, primus Francorum regum baptizatus est. Haec haecenus Vopelius de Vbijs annotauit. Tacitus

lib. 20. refert Batauos nullos peius tractasse quam Vbios: quod hi, genus Germanicae originis eiurata patria Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur. Horum urbem *Coesly* vocant Germani, ea literarum Gymnasio nobilis est, ac sedes est Archiepiscopi Electoris septemviri. Haec modò non ut olim dextram, sed sinistram Rheni ripam tuetur, quod factum arbitrantur ad arcendas Germanorum ac potissimum Sueuorum (qui tum temporis Saxoniae magnam partem ad flu. Albim occupabant) crebras in Galliam excursions. E regione Coloniae Agrippinensis situm est cœnobium Benedictinorum Monachorum, Tuitium vocant, vulgò *Teuiss*, quod Diuitense munimentum fuisse, Beatus Rhenanus affirmat. Annotauit Hermolaus Barbarus ad hodiernum diem ibi vicum Vbium videri, veteris appellationis indiciu. Hunc tamen locum aiunt nonnulli *Seuiss* vocari à Tuiscone, quem hoc loco consedisserunt. De Teucteris sic refert Vopelius: Teucteri dextram Rheni ripam coluerunt, qui ex aduerso est Vbiorum. Hi super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte praecellunt. Nec maior apud Catos peditum laus, quam Teucteris equitum. Laudantur etiamnum ab equitatu Marchiani & Vestphali, qui Teucterorum sedes cum Montensibus tenent. Vspiorum & Teucterorum nationes omnes ad Mœnum vsque, in ditionem postea ac nomen Francorum concessere, quae olim vera & Fracia Germana erat. Haec ille. Porro Vspij & Teucteri Rheno tantum ab Vbijs discreti, ad dextram Rheni ripam sub Vbijs fuere, ut Tacitus affirmat: quibus Catti erant finitimi: infra quos Mœnapij & Gugerni habitauerunt, eorum sedes Iuliacenses occupant, vbi Nouesium est, quam Nulsiam nostri vocant, supra quam Armus flu. Rheno coniungi desiderat. Vspiorum autem sedes haud dubie fuere eo tractu, vbi nunc Franci & Hessi colunt. Teucterorum seu Teuchaterorum verò sedes sub Vspijs, Rheno nunc ab Vbijs discreti, ac dextram Rheni ripam, quae ora nunc est partim Pergensis seu Montensis (quae in dextra Rheni ripa inter Ortum & Septentrionem Hessiam ac Vestphaliam attingit) ac Iuliacensis ditionis. Comitum ab Anaxone. i. Nassauve, Kunigstein & Seynveed. vbi etiam Horhburg & Vvederauia sunt. Partim etiam Hessorum & Francorum. Vbi sunt Engers, Lintium, Lusdorfium, Draccenselsa, Dusseldorffium, Angerhortum & Roerhortum: quo tractu Rhenum illabuntur amnes Dufelus, Angra & Rora, cui Koricus Cledomæi Francorum regis filius in eo submersus, nomen dedit. Iuxta Tritenium Spanheymensem. Clesij autem, quos Grinnes Caesar appellare videtur, Sicambri proximi sunt inter Mosam & Rhenum siti, quo loco in duo cornua exit Rhenus: vbi Cliuium prouinciae caput est: Huic in Meridiem, versus Eysaliam & Arduennam syluam Iuliacum est, à Iulio Brabone (ut creditur) aedificatum. His in Occidentem Eburones obtenduntur, quos nostra tempestas

Dd

Leodien-